

## PROBLEMA CXLV.

**V**A R E Abraham iniij fœdus cum Abimelech alienigena, & cur in testimonium fœderis septem agnas constituit? Nonne docuit nos summus Christus Genet. 11. consentiendum esse ( dum sumus in via) nedum extraneo, sed etiam aduersario? Et hoc dummodo ex huiusmodi conuentione non offendatur Deus, nec anima. Conuenerunt autem Abraham, & Abimelech, ne alter alterum offenseret, maximè quoad puteum effossum ab Abraham, puteum (inquam) Sacra- Math. 5. cap. 21. ar. 27. usque mentalem, de quo statim dicemus. Septem vero agnas statuit in testimonium iuramenti vi- De septen- ad 33. ex- plicantur tam hoc, quām se- quenibus problem.

**H**inc vocabulum septenarij & iuramenti ijsdem literis scribitur apud Hebreos. Iurantes enim adiuramus septem fontes aut canales influentes in Bersabah, idest puteum septem. Vnde si verum dicimus, influunt in nos bonum; sin autem, obturantur. Hinc forsitan à sa- pientibus antiquis sancitum fuit, ut pro testamento condendo septem testes adhibeantur.

## PROBLEMA CXLVI.

**V**I S est puteus, quem fodiens Abraham vocavit, idest puteū septem? Nonne Genet. 11. est ille archetypi, ad cuius similitudinem cœli facti sunt? Inter quos cœlos est luna, de qua dicitur: sicut luna perfecta in æternū: de qua etiam Isaia ait: Erit lux lunæ sicut lux solis. Et de hoc puto amplissimè habetur in Zohar. Et sicut luna suscipit influxum omnium planetarum) vnde potest dici puteus septem, annumerando proprium influxum) sic luna supramundana suscipit influxum septem canaliū, aut numinum, quibus respondent septem spiritus, qui (teste Iohanne) in conspectu Dei sunt, & per eos planetæ. Quem influxum Abraham curauit deducere in puteum Apoc. 1. illum, vt inde hauriret pro libito aquam in gaudio de fontibus Saluatoris, vt Isaia ait: Et hunc serui Abimelech indebet sibi vendicare voluerunt.

## PROBLEMA CXLVII.

**V**R NOMEN ciuitatis apud illum fabricatæ vocabatur Bersabah? Nonne Genet. 16. quia hinc deducti fuerunt canales supramundani ad puteum, de quo nuper di- ximus? Et hoc primò per orationem Abrahæ: deinde reducti per Izahac, quia iam obturneruntur à Philistijm idest cadentibus: Hi autem fuerunt mali An- geli, qui iam à cœlo ceciderant aduersarii semper bonorum, omnemque bonum influxum impediti quærentes. Quem locum possedit David; hinc non sine causa dictum est, quod regnauit David à Dan usque Bersabah. Locus enim ille, quia in no- 1. Reg. 44. mine regnum dicitur, fuit peculiaris ipsi David, qui fuit primus, & excellentissimus rex de tribu Iehuda super viuierum Israël, vt in 2. Regum volumine, dicitur. Et ideo præparauit omnia pro Dei templo ædificando, Dei cultum erexit, sacrifisque, & celeberrimos hymnos, Cap. 8. vbiq; gentium decantandos composuit.

**C**LARVM est in textu, cur Abraham fœdus iniij cum Abimelech, quia Abimelech se- cum assumpto Phicol principe exercitus sui ac- cessit, ut amicè fœdus iniret, cui mirum non est quod Abraham consenserit, præsertim si Abimelechi pietatem & iustitiam studium inspicerimus, qui se paratiissimum iniustitiae vltorem ostendit, qua serui Abrahæ à seruis Abimelech affetti fuerant; quam excusationem ita accepit Abraham, ut regi oves, & boves largiretur, quos tamen in pretium putei, & loci circumuicini datos fuisse censuit Abulensis, vt ea ratione locum hunc titulo permutationis, non verò gratuïò possideret, quia nec paßum pedis in terra Palestina gratis habuit Actuum 7. Hoc autem fœdus ad annum mundi

2154. Abrahæ 116. Ismaëlis 36. Isaaci 16. Salianus eiūque 12. retulit. Quod verò attinet ad puteum Bersabee, He- runtur. braicè scribirur בֵּרֶשׁ Beer-Sauah, quorum prius vocabulum significat puto, foueam, & metaphoricè insidias, periculum, pernititem, miseria, cuius radix esse videretur בֵּרֶשׁ Beer, idest, ex- posuit, purum, & clarum reddidit: hic autem puto erat propè Hebron vltimus longitudinis li- mes terra promissa ad meridiem, sicut vrbs Dan ria habitat ad Septentrionem, vnde à Dan usque ad Bersabeam, sapè dicitur, pro à Septentrione ad Meridiem, quod fuit inter uallum 160. milliarum: à Ptolomeo Ber- zana dicta est, nunc autem Giblyn appellatur. Giblyn, נְבָלָה Sauah verò, idest iurauit, vnde nomen faemini- nūm

Toftatus. Actuum 7. Annus mi- di 2154. Nomē Ber- sabee dis- cutitur,